Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XXXIII. Der Evangelischen Bedencken wegen eines Neben-Recessus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1647. Julius. Quæ omnia ut tanto firmius ſerventur, & ſi opus ſit, vel caſus eveniat, qui controverſiam patiatur, vel executioni mandari debeat, invicem conſentiunt, ut ea coram duobus Electoribus & duobus Principibus Imperii utrique Religioni addictis, in pari numero legitime ventiletur & ad finem perducatur, eaque utriusque partis nomine ſincere & firmiter obſervatum iri, appoſitis præſentium Legatorum Sigillis & ſubſcriptione manuum, ſpondetur & confirmatur. 1647. Julius.

§. XXXIII.

Der Evangeliſchen Bedencken wegen eines Neben-Receſſus.

Die Evangeliſchen aber trugen Bedencken, die Sache in einen beſondern Neben-Receſs zu verfaſſen, welches auch die Reformirten ſelbſt endlich begriffen, und von ſolchem Verlangen abſtunden: Dagegen wurde ein anderweites Project Inhalts N. I. verfaſſet, und mit der Reformirten Monitis, am $\frac{16}{26}$. Jul. ad Dictaturam publicam gebracht; Endlich aber von beyden Theilen, nach vieler gepflogenen Unterhandlung, die Formula ſub N. II. magno Batavorum atque Helvetiorum gaudio, verglichen, und am 11. Nov. 1647. ſub *Directorio Altenburgico* dictiret. Wobey zu bemercken, daß, was in fine von den *Profeſſoribus* Scholarum & Academiarum *Theologiæ* ſtehet, in ſpecie auf Heſſen-Caſſelſche Inſtanz geſetzet, und dieſe Reſtrictio *ad Facultatem Theologicam* von denſelben veranlaſſet worden ſey. Womit man alſo dieſe Sache, völlig berichtiget zu haben, in der Meynung ſtund.

Verglichene Formula zwiſchen den Evangeliſchen und Reformirten.

N. I.

Dictat. Monaſterii d. $\frac{16}{26}$. Julii Ao. 1647. ſub Direct. Magdeburg.

Der Evangelicorum Auffſatz über den Articulum de Reformatis, mit derer Reformirten beygefügten Notis.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum conſenſu placuit, ut quicquid Juris aut beneficii cum omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & publica hæc Transactio, in eaque deciſio Gravaminum, cæteris Imperii Statibus & ſubditis, præſertim Auguſtanæ Confeſſioni addictis, tribuunt, id etiam iis, qui a) Reformati vocantur, competere debeat: Salvis tamen ſemper Statuum Proteſtantium inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis Pactis, Privilegiis, Reverſalibus & Diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque Exercitio & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & ſubditis hucusque proviſum eſt, ſalva itidem cujusque conſcientiæ libertate. Quoniam vero controverſiæ Religionis, quæ vertuntur inter eos, qui jam in Imperio Romano Proteſtantes

a) *inter hos*

1647. Julius. tes nuncupantur, hactenus non fuerunt compoſitæ, b) adeoque illi duas partes conſtituunt; Ideo de Jure Reformandi inter utramque ita conventum eſt, ut ſi aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus vel etiam alicujus Eccleſiæ Patronus, poſthac ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum vel Ditionem, ubi alterius partis ſacra Exercitio publico de præſenti vigent, ſeu Jure Succeſſionis ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipſi quidem concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis, citra ſubditorum onus aut præjudicium, *in Reſidentia ſua atque* ſecum c) habere liceat; At fas ei non ſit vel publicum Religionis Exercitium, Leges aut Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus ibi receptas immutare, vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare, vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu, ſubditis Miniſtros alterius Confeſſionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius ſacris afferre. Et ut hæc conventio eo firmius obſervetur, liceat hoc mutationis caſu ipſis Communitatibus præſentare, vel quæ præſentandi Jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Eccleſiarum Miniſtros, d) *eo loco, quem ipſæ elegerint, à Conſiſtorio vel Miniſterio loci publico* examinandos & ordinandos atque à Principe vel Domino poſtea irrefragabiliter confirmandos. Si vero aliqua Communitas, eveniente mutationis caſu, Religionem Domini ſui amplexa, petiverit ſuo ſumptu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus eſt, liberum eſto, ſine reliquorum præjudicio, ei, *niſi pacta hactenus inita obſtent*, illud indulgere, à Succeſſoribus non auferendum. At Conſiſtoriales, ſacrorum Viſitatores & Profeſſores Scholarum & Academiarum, e) non niſi eidem Religioni addicti ſint, quæ hoc tempore quolibet in loco publice recepta eſt; *Atque ita*

1647. Julius.

b) *ſed ulteriori Compoſitioni reſervatæ ſunt,*

c) *& in Reſidentiis*

d) *à Conſiſtorio vel Miniſterio loci publico, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipſæ elegerint.*

e) *Theologiæ*

1647. Julius. Nov.

ita ſtatus Religionis & Miniſterii in Templis, Scholis, Academiis, Conſiſtoriis, & aliis quibuscunque caſibus, tam ante quam poſt ejusmodi mutationem evenientibus, idem per omnia maneat, qui vel ordinationibus publicis, vel longo uſu, vel alio quocunque modo jam obtinet. Sicut autem ſupradicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt; ita illis, qui ante aliquot annos cum reali poſſeſſione alicujus ditionis aut territorii Jus Reformandi nacti ſunt, nonobſtabunt, quo minus ſuo Jure quæſito libere utantur, ſalva tamen iterum ſubditorum conſcientiæ libertate, ſalvisque ubique Pactis, Privilegiis, Reverſalibus & Diſpoſitionibus de Jure validis.

Tandem, quæ hoc §. continentur nihil derogent, vel ullum præjudicium afferant iis, quæ ſupra de Gravaminibus Eccleſiaſticis & Politicis diſpoſita, & inter Status Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos conventa ſunt &c.

Hi §§. usque ad finem omittantur.

1647. Julius. Nov.

NII.

Dictat. Osnabr. d. 11. Novembr. Ao. 1647. ſub Directorio Altenburg.

Verglichene *Formula* ſolchen *Articuls* zwiſchen den Evangeliſchen und Reformirten.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Ordinum Imperii conſenſu placuit, ut quicquid Juris aut beneficii, cum omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & publica hæc Transactio, in eaque deciſio Gravaminum, cæteris Catholicis & Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & Subditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat; Salvis tamen ſemper Statuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis Pactis, Privilegiis, Reverſalibus & Diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque Exercitio & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & ſubditis hucusque proviſum eſt; ſalva itidem cujusque conſcientiæ libertate.

Quoniam vero controverſiæ Religionis, quæ inter modo dictos Proteſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt compoſitæ, ſed ulteriori compoſitioni reſervatæ ſunt, adeoque illi duas partes conſtituunt; ideo de Jure Reformandi inter utramque ita conventum eſt: ut ſi aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus, vel alicujus Eccleſiæ Patronus, poſthac ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum aut Ditionem, ubi alterius partis ſacra Exercitio publico de præſenti vigent, ſeu Jure Succeſſionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit aut recuperarit: Ipſi quidem Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis, citra ſubditorum onus aut præjudicium, ſecum atque in Reſidentia ſua habere liceat, at fas ei non ſit, vel publicum Religionis Exercitium,

1647. Nov. tium, leges aut conſtitutiones Eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas, immutare, vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia, prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare, vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliovè quocunque prætextu, ſubditis Miniſtros alterius Confeſſionis obtrudere, ullumvè aliud impedimentum aut præjudicium, directe vel indirecte, alterius ſacris afferre. 1647. Nov.

Et ut hæc conventio eò firmius obſervetur, liceat hoc mutationis caſu ipſis Communitatibus præſentare, vel quæ Præſentandi Jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Eccleſiarum Miniſtros à publico loci Conſiſtorio & Miniſterio, ſi ejuſdem cum præſentantibus vel nominantibus Communitatibus ſunt Religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipſæ Communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino poſtea irrefragabiliter confirmandos.

Si verò aliqua Communitas, eveniente mutationis caſu, Religionem Domini ſui amplexa, petiverit ſuo ſumptu Exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus eſt, liberum eſto, ſine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere à Succeſſoribus non auferendum.

At Conſiſtoriales, ſacrorum Viſitatores & Profeſſores Scholarum & Academiarum Theologiæ, non niſi eidem Religioni addicti ſint, quæ hoc tempore quolibet in loco publicè recepta eſt. Sicut autem ſupra dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt, ita Juribus Principum Anhaltinorum, quæ ipſis ultro citroque competunt, nullum afferant præjudicium.

1648. Januar. 1648. Januar.

§. XXXIV.

Neue Bewegung, welche von Chur-Brandenburg erregt wird.

Allein die Sache war damit noch nicht ausgemacht, ſondern es entſtunden zu Anfang des Jahrs 1648. neue Diſputationes darüber. Denn, nachdem inzwiſchen dem Churfürſten von Brandenburg aus denen, auf dem Friedens-Congreſs in puncto Gravaminum Eccleſiaſticorum bißhero, zwiſchen den Catholiſchen und Proteſtanten gewechſelten Schrifften Vortrag geſchehen, und daraus wahrgenommen worden, daß ſolche nominetenus auf die Augſpurgiſche *Confeſſions*-Verwandten *reſtringi*ret wären, welchen die Reformirten ausdrücklich contradiſtinguiret würden; So ließ der Churfürſt, an ſeinen Geſandten, den Graffen von Wittgenſtein, in folgenden Terminis ein Reſcript ergehen: „Er „wollte ſich wegen jetzt-angeführter Ra„tionum, des puncti Gravaminum „gar nicht mehr annehmen, noch bey ſei„nen, mehrentheils der Lutheriſchen Reli„gion zugethanen Unterthanen den Nah„men haben, daß er ſich gleichſam in ein „neues Jus einbetteln müſte, beſonders da „er ſich mit Mund und Hertzen zur Aug„ſpurgiſchen Confeſſion bekenne ꝛc.

Es wurde nun zwar von einigen Evangeliſchen Geſandten dem Chur-Brandenburgiſchen Vorbringen damit begegnet, daß ſelbiges cauſa mere Theologica & præjudicialis, demnach vor die Politicos nicht gehörig ſey; Weil aber die Chur-Brandenburgiſche Geſandſchafft dagegen hoch verſicherte, daß ihr Herr, der Churfürſt ſich damit nicht zufrieden geben würde; So fiel kein geringer Zweiffel vor, wie man dieſer Sache nunmehro rathen oder helffen ſollte: Zumahl keiner von allen Evangeliſchen Geſandten in Befehl und Inſtruction hatte, auf die receptionem Reformatorum in conſortium Auguſtanæ Confeſſioni addictorum, ohne Herausgebung einer eigentlichen Confeſſion zu ſtimmen; hiernächſt ſo viel wahrzunehmen ſtunde, daß man ex parte Catholicorum, denen Reformirten quoad Jus Reformandi ein gleiches Recht, mit den Lutheranern, beylegen wollte: